

Forfatter: Palladius, Peder

Titel: Udrag fra Peder Palladius' Danske Skrifter

Citation: Palladius, Peder: "Peder Palladius' Danske Skrifter", i Palladius, Peder: *Peder Palladius' Danske Skrifter*, udg. af Lis Jacobsen , H.H. Thiele, 1911-1926, s. 67. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-palladius01val-shoot-idm140153320364352/facsimile.pdf> (tilgået 20. april 2024)

Anvendt udgave: Peder Palladius' Danske Skrifter

sunt primum sine expositione/ ut admittantur hac confessione
etiam paruuli vel octo annos nati aut minores || ad mensam 21 4v
illius qui dicit.

Simite paruulos venire ad me etc. sine vero hac confessione
non admittantur ad sacram illam mensam ne senes quidem. 5
Puer enim centum annorum morietur/ ait Esaias. Deinde
ubi verba bene tenent/ epigatur etiam ab eis oppositio/ quæ
ad hoc breuis et iucunda est/ ne quis habeat excusationem/ ut
inde accommodi magis sint ad alias conciones intelligendas.

Ita et non aliter habebitis bonas Ecclesias/ quas misere 10
vastatas videtis ignorantia/ negligentia et impietate pastorum
qui hactenus visi sunt capita Ecclesiarum. Et hoc obsecro ve-
stram pietatem ut hic catechismus In Ecclesijs vestris ma-
neat integer/ neque permittatis cuiquam temere vel addere
huic vel demere. 15

Inueniuntur enim forte quidam/ id quod et alibi epperti-
sumus/ qui vtcunque || non male doceant/ tamen seipsos non 21 r
docent/ sed ita sunt prefracto animo ut nihil ipsis placeat/
quod ab alijs ad hoc vocatis est ordinatum quod ipsi non
fecerunt/ sed egregiam et nobis et vobis reddunt vicem/ di- 20
centes/ Ecce nouæ leges/ aufertur Ecclesijs sua libertas/ mihi
ista non placent. Hæc cum alii in arrogancia ipsorum et
vident et rident/ ipsi tamen sua stulta sapientia non vident
quantum in deum peccent/ quod per hanc insipientiam apud 25
alios suæ doctrinæ detrahunt autoritatem/ Metuunt ne cui
subiecti sint dum tamen de subiectione illorum ne cogitamus
quidem/ sed solliciti sumus pro salute et pace atque concordia
per Euangelium propaganda. Qui si ita perreperint et omnino
statuerint dissimiles esse nobis/ neque esse voluerint sub sancta 30
ordinatione quæ vni tantum seruit Euangelio pro libertate con-
scientiarum non contra libertatem ut || fingunt et mentiuntur/ 31 v
curabimus nos vicissim ne sint nobiscum/ spectant enim tales
tandem ad seditionem et hæresin/ quæ mala prohibeat a nobis
benignus ille spiritus Christi. Curatores Ecclesiarum requiri-
mus/ non turbatores. Deus est mihi in conscientia mea testis/ 35
quod hanc pestem ex nullo quem norim hic metuo/ tamen ex-